

Werk

Titel: Nucleus Terentianus, hoc est Gnomologia Et Phraseologia Latino Germanicae, contin...

Autor: Habersack, Friedrich

Verlag: Hallervordius; Richelius

Ort: Rostochi[i]; Rostochi[i]

Jahr: 1638

Kollektion: vd17-nova

Signatur: 8 LING IV, 5769

Werk Id: PPN821001590

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN821001590> | LOG_0003

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=821001590>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de


Optimæ spei, & melioris indo-
lis Adolescentibus
GEORGIO MEJERO
Gryphiswaldensi.
CHRISTIANO JOACHIMO
Smittlowen/Rugia Pomerano.
CHRISTOPHORO Gageru/
Nobili Rugiano.
JOACHIMO HUGOLDO
à Behr/ Nobili Pomerano.

Ut & reliquis suis Discipulis domesticis.

ET

Lectori benevolo, Salutem.

Quantoperè promoveat pri-
mæ ætatis in Latina Lin-
guæ studio profectum, si ea,
cognitione Præceptorum Gram-
matices necessariorum, & copia
aliqua simplicium vocabulorum
instructa addiscat elegantias, seu
formulas Latini Sermonis. Vel

BIBLIOTHECA

ACAD. GEORGIE

AUGUSTÆ.

ex hoc intelligi potest, quod latina
Lingua suos habeat idiotismos,
quibus si quis non maturè assue-
scat, animi sui sensa, in scribendo
vel loquendo exprimere vel planè
non possit, vel exprimat sermone
barbaro, ~~pingue quiddam~~ & pe-
regrinum sonante. Quomodo ve-
rò pueri sint assuefaciendi Latini
sermonis elegantius, ut maturè de
illis aliquid in lucē conspectumq;
aliorum proferre possint, de illo ju-
re merito solliciti sunt ii, qui in
Scholis, ~~laboriosissimum illud~~ &
~~tudiosissimum institutionis saxum~~
votunt.

Videmus equidem pueros
quando aliquid è Germanica Lin-
gua in Latinam transferre vo-
lunt, recurrere ad Lexica, & si-
miles libros, atq; ex illis arripere.

Et sine mente suis infarcire ea,
quæ posterius majori labore dedo-
cenda, quam utilia Et recta do-
cenda.

Verum longe melius juventuti
consuli putarunt viri prudentes,
Et rudioris ætatis informanda
artifices, si certus quidam auctor,
Et quidem præ reliquis Terentius
illis inculcaretur, Et familiaris
redderetur. Idq; non sine ratione.
Hic n. auctor propter sententia-
rum, quibus abundat, gravita-
tem, Et verborum elegantiam, ac
copiam talis est, ut ferè in quam-
cunq; formam Et usum suppedi-
tet formulas, Et Latini sermonis
elegantias: adeo ut ipsi etiam Ci-
ceroni eo nomine fuerit in delitiis,
qui se libenter ubi verbo Terent:
non obscure testatur, in eo, quæ de
amicitia scripsit Dialogo. Co-

Cogitanti verò mihi, quo pacto
Auctor hic elegantissimus pueris
familiaris reddendq: ~~hec visa mi-~~
~~hi fuit inveniunda ratio~~, ut illis sen-
tentiarum morales & elegantia Latini
sermonis, seorsim ex ipso Auctore
collecta, eo tamen quo occurrunt
ordine (ut ita ab hisce ad Auctore,
& ab hoc ad illas eò commodior
pateret aditus) inculcarentur, idq;
non tantum fideli earum explica-
tione, sed & Grammatica varia-
tione, & varia applicatione. In
quo exercitationis genere, si Di-
scipulus mediocri saltem diligentia
juverit Praeceptoris industria, com-
pertum exploratumq; habeo, ma-
jore hinc in illum redundare fru-
ctum, quam si in ipso auctore de-
tineatur, tanto saepius intervallo
ut dum postrema doceri audit, de

primis, & mediis fermè nihil sci-
at. Quod si quis à me ita dici fortè
miretur, velim illud rectà secum
reputet viā, quod pueri etiam in i-
psis Auctoribus quos explicari au-
diunt, ad certi quid sint adstringē-
di, quod crebra Praeceptoris exer-
citatione adusti memoria mandet.
Tantum n. scimus, quantum me-
moriter tenemus, & ex prōpta me-
moria (quæ verè à Plutarch. $\mu\eta\sigma\omega\nu$
 $\eta\gamma\eta\tau\alpha\mu\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\iota\tau$ & $\alpha\upsilon\delta\epsilon\iota\alpha$ nomina-
tur) loquendo, scribēdo ve ad usum
transferre possumus. Integras verò
comœdias è Terentio discipulo edi-
scendas proponere, quis institutio-
nis puerilis gnarus attentabit? &
quo successu? Tacitus prætereo &
hoc, quod quæ semel magno labore
discipulis inculcata, per intervalla
repetenda sint, ne memoria efflu-
ant;

ant; Quam facile n. hoc in teme-
raria & inconsulta fiat etate, &
quanta hinc remora sepiusculè
Præceptorum injiciatur industrie,
norunt illi, qui non prout natura
fert, sed de industria, puerili præ-
sunt institutioni. Qui v. hac repe-
titio compendiosius fieri possit, quā
si à ~~æ~~ ~~z~~ ~~o~~ ~~p~~ ~~u~~ ~~n~~ ~~p~~ ~~u~~ ~~b~~ ~~o~~ ~~d~~ ~~a~~ ex integris Comæ-
diis Discipulo propositis repetan-
tur, ego equidem non video. Qua
causa, ut & multa alia (quas late-
re patior) me commoverunt, ut è
Terentii comædiis, sententias mo-
rales, & elegantias seu Latini ser-
monis formulas collegerim, illasq;
Discipulis meis domesticis cum-
primis inculcarim. Quia v. in hi-
sce describendis multum temporis
terere, & ut fit, pleraq; malè de-
scribere soliti, publicis typis easdem
com-

commisi, & vestro nomini Disci-
puli chariss: inscripsi: idq; propte-
rea, quod sciam, plerosq; vestrum,
hisce sententiis & elegantius Te-
rentianis sic satis in Latina Lin-
gua studio profecisse, ~~tum & ut~~
~~eadem hac in posterum eo magis~~
~~vobis commendata habeatis, &~~
~~simul ipsum auctorem majori emen-~~
~~fructu, & minori labore legere &~~
~~intelligere possitis.~~ Vestrum erit
~~hac crebro evolvere, fideliter me-~~
~~moriamandare, & pro re nata ad~~
~~usum transferre.~~ Quod ut fiat, ju-
vet nos utrinq; Deus: qui ut labo-
ribus nostris benedicat, esse animo
precor, & opto. Dabam Gryph:
è Museo nostro com: 24 Augusti
Anno 1624.

V.

M. Fridericus Habersack.

Disci-
ptem,
Te-
Lin-
ut
agis
et
erit
me-
ad
ju-
bo-
mo
ob:
sti
ad.

EE

G

T

N

vult
mch
ten.

qua
der
sag
vnd
tan

nun
id pr
sen/
well
Zuch

Ne q